

lum Lepidus contra Catulum †ob metum Siciliae ex-  
3 pugnatae. tertium bellum Caesar et Pompeius: belli  
species magis quam causa fuit negatus a senatu Cae-  
sari consulatus, ceterum utriusque aemulatio et cupi-  
5 ditas imperii occupandi. nam cum secundum mores  
legemque maiorum[que] dimisso exercitu venire in  
urbe<m> Caesar deberet et docere senatum de rebus  
a se gestis atque ita triumphum consequi, simulans  
se gratiam timere Pompei negavit se missurum exer-  
10 citum, nisi consularibus comitiis ratio absentis sui po-  
sita fuisset. quam ob rem hostis a senatu iudicatus  
statuit id bello vindicare; ac sic non consulatum modo  
ac triumphum sed totum populi Romani imperium  
4 redegit in suam potestatem. quartum bellum Caesar  
15 Augustus adversus complures duces: contra Pompe-  
ium iuvenem bona paterna repetentem, mox adversus  
Cassium et Brutum in ultionem interempti patris,  
deinceps adversus Antonium et Cleopatram ultro bel-  
lum patriae inferentis.

**41** (Bellorum genera sunt quattuor: gentile quod cum  
21 externis geritur *ut Romani \*\*\*; sociale quod \*\*\**)  
ut Romani cum Latinis Athenienses cum Lacedaemo-